



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

A Pontifice multat petit; ipseque multa suppeditat ad ciuitatem iuuandam.  
cap. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

ra. Ad mortem certe obeundam, perspicue paratus, etiam testamentum fecit, in quo haereditate ad hospitium pauperum Mediolanense delata, multa pie legauit, ecclesiæ, amicis, & familiaribus. Tum ad gregem suum sine mora conuersus, miseris illis ad Gregorianas ædes dere lictis coepit subuenire; & ex domo sua, quæres ad vitæ erant necessaria, eas quotidie mittere. tum vero eleemosynas in urbe, foris, atque adeo extra prouinciam corrogare; a clericis, monachisque qui abundant, petere; ut illos, aliosque per urbem in egestate positos subleuaret. Quamuis autem maxime dolor, suos rebus ad viçtum necessariis destitui; multò magis tamen angebat: quod sacra subsidia, extremæque ipse ad salutē subleuationes deessent. Vidi equidem miserrima, cum Carolum ad Sancti Gregorij ædes Diaconus secutus sum; quò ille ad ægrotorum acerbates certius cognoscendas, accesserat. Cum locum extrinsecus circumiremus, eiulabant illi; & ad fenestras se proiecientes, calamitates deplorabant suas. alijs ex tabe concepta; alijs ex propinquo mortuo, animam in eius conspectu trahente, gemitus edebat sane miserabiles. hic vix incommoda; ille diuinarum rerum inopiam lamentabatur. Cum ab omni alio subsidio destituci simus, o Pater, clamitabant tu nobis saltem benedicas. Carolus ægros tunc quidem quantum potuit, humanissime consolatus est: sed domum reuersus, vix ex publico se conspectu receperat, cum pariete nixus; magno cum mero re. Vidisti ne, inquit, miserrimam illorum conditionem? humanis commodis omnibus (poliati, tristissimis castib; doloribusque afflicti,) ipsa etiam rerum diuinarum ope defruuntur: nec est sacerdos, qui rastos calus miseratus, opem ferre velit. unum scio, periculo meo eos in discrimine esse: nisi alia ratione Dei clementia subue

nerit; quid mihi faciendum sit, constitutum habeo. Significauit sine dubio, si alij nollent; suo se ministerio voluisse miseris opitulari. Ac varios ille quidem sacerdotes cœpit tentare, si tam misere desertos inuare vellet. unusque oblatus est; qui confessiones quidem ægrotorum audiret, & sacro sanctam Eucharistiam præberet; sed vngere tamen rite recusaret. at optimum, diuino spiritu radiatus, consilium cœpit. in eam partem dicecessis Mediolanensis misit, quæ Helvetiis in profanis paret; indeq; non modo presbyterum, qui sacra omnia preberet, sed alios quoque accersiuit, qui operam suam in tali calamitate, mortis metu, post habitu, locarent. gentis enim auimi ob colluisionis frequentiam, consuetudinemque firmati ita obduruerūr: ut nihil, aut non magnopere pestilentia contagium timeant; seque inter se inuisant, current, funera prosequantur, cautionesque fere, quasi turpe aliquid, fugiant. Cū censitas deinde aliquos; plurimis enim opus erat administris; ad id munus in uitasset; alij non omnino recusarunt; alij aperte promiserunt; si suorū præfectorum auctoritas accederet. Non parua erat in parochorum officio difficultas, plerique enim periculum subire recusabant; atque adeo iure cogi se non posse etiam assuerabant. verum Bernardinus Figinus; commemo randa est enim singularis boni presbyteri virtus; quamquam magna vis morbi magnaque multitudo erat in Comensi porta, qua cura illius continebatur; partes suas ab initio usque misericordi, forteque animo egit.

Hæc ita cum essent, summum Pontificem sibi in primis consulendum Carolus statuit; neque enim adhuc Romæ refutabant litteræ Mediolanenses. Quid de parochis agendum esset, per Carniliam consuluit: quid que ipse ex priorum, doctorumque virorum sententia existimat, expo

A Pontifice  
multa po  
tit; ipse  
multa sp  
pediat se  
ciuitatem  
iuandam.  
CAP. II.

uit. Postulauit, vt auctoritate Pontificia posset homines regulares; quos mala mente claustris suis ad tale obsequium, periculumque exire velle, verisimile non erat; alienosq; clericos, etiam suorum Antistitum iniussu, volentes tamen, ad ægrotorum ministrium admittere: varia Apostolicae indulgentiae genera, etiam quæ summa sunt, pro ratione, modoque obsequii, ministeriive, iis proponere, ac impatrii, qui ægrorum curationi, salutique animi, & corporis varie inseruirent: veniam poenitentibus quorumcumque criminum dare; & quibuslibet animæ vinculis sacros homines liberare; quorum causa ad Romanæ Sedis auctoritatem confugere necesse est: coronis, calculisque benedicere, quibus precantes varia indulgentiae dona consequeretur. consuluit item, an ad pauperes subleuandos, bonis ad alios pios usus relictis, & quatenus, uti deberet; & ea de re facultatem petiit, etiam si alienatione bonorum immobilium opus esset. litteras quoque Pontificias ad populum; quibus ad calamitatem christiana mente sustinendam; & ad charitatis officia, ægris amanter præstanda, incenderentur. Præterea, quò mortis casum omni ratione leuorem iis faceret, quos ad ministrandum alijs inuitabat; postulauit, vt Missis in sacello Sancti Gregorij faciendis, ita mortuis suffragari sacerdotes possent; vt qui Romæ in insigni illo altari Sancti Gregorij faciunt. Concessiones autem non sibi tantum, cui aliquid humanitus accidere poterat; sed alii quoque, qui in ecclesiæ administratione succederet, poposcit. Demù supplex petiit, quidquid in omni cura, & administratio-ne, quam sibi proposuerat aggredietur, & faceret; id vt bene, fœliciterque sibi, aliisque eueniret, summus Pater precaretur: & quas pro aliis venias, facultatesq; petebat, eas itidem sibi iubere posset adhibere. Annuit

Pontifex Caroli postulatis. alia litteris quamprimum mittendis comprehendendi; alia consultanda Carniliç mandauit. qui tamen antequam ea considerentur, vir optimus, optimo vitæ fine, requieuit. Sed rescripsit prius Pontificis verbis; laudare se Caroli animum, tum metu vacuum; tum vero ardentí incensum charitate gregis sui, quem sicuti nullo modo deterrebatur, quin præsens omnium saluti diligenter consulere studebat; ita hortabatur, ne ipse illa facile cum vitæ periculo obiret, quibus exequēdis aliorum opera sufficeret. maximum enim immensæ multitudini præsidium, in eius vita esse positum; quæ si deficeret, omnia, vt videbatur, miserima strage perculta, & prostrata fore. Neque pro sua tantum, sed pro aliis quoque prouinciæ ecclesiis, quibus imminebat malum, Carolus Romæ egit; vt ea item ratione Episcopos ad charitatem, fortitudinemq; in eo genere adhibendam impelleret. Interea clero conuocato, animos omnium confirmauit: quæ partes essent hominum diuinis obsequiis addictorū, diligenter monuit. ad ægrotos in tanta rerum omnium inopia studiose iuuandos vehementer cohortatus est: Quibusdam ex primariis certas urbis regiones assignauit; vt quæ opus esse viderent, suo quisque loco, diligenter pro tributa auctoritate curarent, aut Carolo ipso denunciarent. Atque cum ex urbe in castella, villasque quam maxime a periculo remotas, nobiles viri, & alii quoq; omnes, quicumque perfugii aliquid habebant, passim dilaberrantur: plurimos ad se vocatos, qui reipublica vnius esse poterant, in urbe detinere, & ad patriæ charitatem præstandam diuinis verbis incendere studuit. quosdam, vt firmius teneret, piis operibus variis in ea calamitate necessariis præfecit. Praefectos autem assidue confirmabat, stimulabatque, vt afflictis rebus melius consule-

Ff 2 rent;

rent; nunc ad se vocando; nunc ad ea loca adducendo, vbi præsentes mala, miserasque cernerent; frequenter etiam ad eosmittendo. Clericum in consultationibus eorum semper adesse curabat. qui sanitati præsunt publica auctoritate conseruandæ; ut postestatis utriusque gubernatio apte ordinata conueniret; & ad subueniendum esset accommodatior. Hi magistratus, & præfecti, tum qui ciuitatis in confilio erant, primo quidem inusitata, & tunc inexpectata tempestate perturbati; simul ea re impediti; quod, Regis ne, an ciuitatis sumptu, qui maximus futurus erat, tanta prouidenda esset, disceptatio erat; officij sui partes non satis, ut diximus, agere potuerunt. at cum fese colligentes, negotium serio suscepserunt; rem omnem ipsi quoque magna diligentia, ut inferius apparet, magnaque prudentia gessere. qua de re qui eorum negligentiam, & tarditatem, primo de suggestu religiosi viri grauiter increpauerant; atque adeo crudelitatis nomine dure accusauerant; poitea mirifice laudarunt; prædicaruntque, Mediolanenses tarditatem magno virtutis cumulo compensare. Gubernatorem preterea ipsum Carolus grauiter monebat; vt in tanto amplissima ciuitatis periculo, & pene imminentia exitio, quæ opus esset, prouideret; ciuium fugæ modum poneret; egenis curaret subueniri. nam in dies morbus magis ac magis cum ingrauesceret; eorum numerus, quos ex vrbe quotidie magistratus educi, & in Sancti Gregorij locum coniici iubebant, præter modum augebatur, & cum eo maxime rerum omnium egestas crecebat. Conquiri etiam studiose veterum scripta curauit; quibus de grege a Pastoribus, & præfatis in calamitate non deserendo, præsertim pestilentii tempore, disputatur: exempla item eorum proferri,

qui tali tempore curam ægrotorum, contempto mortis periculo, suscepserant. atque omnia libello comprehendendi, edique iussit; vt præcipuus aliquis pietatis ardor in hominum præsertim sacrorum mentibus, Dei spiritu in primis agente, concitaretur; & ad contemnenda mortis pericula pij mortales acrius inducetur. habuit in hoc genere ab Episcopis suis Mediolanensibus exempli aliquid ad imitandum. sed ijs præcipue delectatus est; quæ, ut est apud Eusebium, Dionysius Alexandria Episcopus narrat: ægros grauissimo pestis tempore, ab Christianis omni charitatis officio adiutos; non solum Presbyteris, & Diaconis; sed laicis quoque: qui quidem iacentibus assidentes, hilare ministrabant, & morbum etiam contrahebant: ipsa cadauera lauantes, ornantes, & funebri linteo inuoluentes, immo etiam humeris portantes, libenter vñâ cum fratribus suis mortem operebant: eoque libentius, quod genus mortis a martyrii laude nihil abesse existimabant. cum interim gentiles homines miserabiliter se inuicem desererent; vir uxorem, uxori virum; filij parentes, parentes ipsi natos suos.

CVM essent omnium animi tam tristis euentus expectatione suspenſi; nullusque iam esset mercaturæ, artificiæ quæstus: suam quisque domum ad quæcum paucissimos redigere studebat, quia & sumptus diutius ita suppeteret; & in minori numero, minus periculum futurum erat contagionis. Itaque & parritij famulos, famulasque; & mercatores, artificesque operarios, quotquot poterant, missos faciebant. illi autem, neque suo labore, neque aliorum liberalitate viuere poterant: prouincia deceperat, nisi certo vita discrimine, per finitos non licebat; recto

cripsa

Mendicis  
dilectis  
alii subue  
nit.

CAP. III